



**Politicorum Libri Decem**

**Contzen, Adam**

**Colonia, [1621]**

Cap. XXII. Iudicum in Republica ratio constituta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

rem dedit, Nouell. 25. in rnum contrahens duos Magistratus, & duos contemporans, vt ipse loquitur. Multis vero se locis id fecisse proficitur Nouell. 26. idq; ob dissensionem. Verba valde pensanda sunt Regibus, qua Justinianum mouerunt. *Duos, inquit, sane pica- rios nomine ad longum murum sedere omnes scimus, quorum alter militares cohortes regit (est enim magna vīs militum eo in loco) alter Prefectus est negotiis ciuilibus. At cum ambo vi- scilius implant, hic quidem gloriissimorum Prefectorum, ille vero magnaniorum Magistrorum militie, nunquam ramen inter se consentiunt: tametsi suas vincuq; annona- fiscus separatis suppediat, & alia prabet salaria, nihilominus vnum hoc sibi negoti perpetuo & indesinenter sumunt, vt contentiones inter se immortales exerceant. Reclit igitur atq; ordine vīsum nobis est, hic quoq; facere, quod apud alias gen- tes, quanquam non ita efferas, non ita militaris custodie indi- gentes fecimus: & vt non hic quidem ciuilibus negotiis prast, ille vero inter milites & solos imperiet, vtrumq; officium in rnum contrahere, & preficere ei loco grauem aliquem & re- urenter dignum magistratum, qui ex aquo tam ciuilia illuc negocia curer, quam de venusto & decenti ordinem militum so- licitus sit. Nam qui prouinciam moderatur, is in aliis versa- tur locis, vix illis sufficiens.*

Eadem lex dicta est de Praetore Siciliae Nou. 10. 4. Habet Sicilia Praetorem, qui & res ciuiles tractet, & curam gerat militaris impensis, Publica tamen tributa ad eius solli- citudinem non pertinent.

## CAPUT XXII.

## Iudicium in Republica ratio consti- tuta.

*Iudicis ser- vare in Re- pub. aqua- lucem.* §. 1. Iudiciorum aequitas Rēpublicam praecipue continet, cā neglectā, nec bellum quidem re- cete administrari potest. Quemadmodum sine iusti- tia stare ciuitas non potest, ita nec sine iudice; est iudex ius animatum: *ἴδιας ἡς εἴναι βέλτερον δικεγον μηνυχον.* Est vero μεταξύ mediator, qui partes con- jungit aequalitate. Est Δικαστης, qui lites secat, vt Aristoteles 5. Mor. c. 7. Iudicium alii definunt esse iuris alieni obscuri per legitimos tramites explicationem, alii iustitia administrationem in causa per iudicem cognita. Vera definitio est: *Iudicium esse legitimam definitionem iudicis po- testatem habentis, vt eius sententia ius finem accipiat.* Juris- dictio latissime patet. π. 2. t. 1. Ius. Eum qui judi- care jubet magistratum esse oportet. In iudice autem constitudo id seruandum est, quod in regula, normaque aedificiorum, vt quam rectissima, atque inflexibilis omnino sumatur, ita iudicem regere oportet, qui nec ad iram, nec cupiditatem facile impellatur, perinde enim est, ac si quis regulam in- curuet, vt muro quadret.

§. 2. Multos de varijs litibus legendos judices es- se nos vīs Rerūmpublican docet. Aristoteles 1.4. polit. c. 16. ita censet. *Iudiciorum autem differentia tri- bus finibus continetur, ex quibus, de quibus, quomodo. Ex qui- bus, hoc est, vtrum ex omnibus, an ex quibusdam iudices su- mantur: de quibus, quot sint genera iudiciorum: quomodo, vtrum sorte, an suffragio iudices fiant?* Ac primum sane ex- ponamus, quot sint iudiciorum genera, vt sit explicata iudicio- rum partitio. Octo igitur sunt iudiciorum genera, vnum est, quod ad repetendas rationes a magistratis perire: alterum, quod ad delicta publica, eaque, que in personas publi- cas iniuste commissa sunt: tertium, quod ad peccata in Re- publica statum: quartum, de controversiis & magistratum, & priuato, cum ambigunt de multarum irrogationi- bus: quintum, de priuatis rerum magnarum contracibibus, & pratreas de cedibus, & de criminibus inter scarios, & de re- bus peregrinis. Maleficiorum autem ad cedibus pertinentium

genera, sive apud eosdem iudices res agatur, sive apud alios: alia sunt sponte & consule admissa, alia inconsule atq; in- uite: & alia conceduntur illa quidem, & de facto constat in- ter eos qui litigant, sed de iure ambigitur. Quartum malefici- um est, cuius crimen in infertur, qui ob eadem non voluntaria- rum exulabunt, ab exilio renocatis, vt capitis causam dice- rent: quale dicitur Athenis, sive etiam id iudicium, quod exer- cetur in Phreatone. Sed talia hac in omni aeternitate pau- ca eueniunt, eaq; in magnis ciuitatibus. Iudiciorum autem *Deminimis* eorum, qua ad res peregrinorum pertinent, vnum genus est, *etiam est in* quo peregrinus cum peregrino litigat, alterum, quo peregrinus cum cne. Preter hec omnia autem sunt & iudicia de paru- *contractibus*, ab vna drachma vīq; ad quinq; & paulo amplius. Oportet enim etiam de his iudicari, neq; ramen cadunt in iudicium multitudinem.

§. 3. Iudicium igitur ordinem exequi in animo est. Praetores hoc vnicē officio functi sunt Romae, quamuis enim Varro libr. 4. de lingua latina a prae- *Prætores* undō dictos esse arbitretur, idque confirmet Iustini- *Prætorum* annus, quod tam in re bellicis, quam legum præscriptione *primo iuris* prearent, functio tamen eorum Romae intra iuris di- *gratia cre- ati.*

Prætor pri- *Primus ambi- tione dele- etius.*

Prætor pri- *Primus ambi- tione dele- etius.*

Concessum estenim ab nobilitate plebi de Con- fule plebeio, a plebe nobilitati de prætore vno, qui jus in vrbe diceret, ex patribus creando; verba Liuuij sunt lib. 6. & lib. 7. addit. *Annis hic erat insignis noui homini consulatu, insignis duobus magistratibus, prætura, & curuli adilitate, hos sibi patricii quæsiuere honores pro concessione plebi altero consulatu.* Plebes consulatum L. Sextio, cuius le- *geparus* erat, dedit: patres prætura Spur. Furio M. Filio Camillo, adilitatem Cn. Quintio Capitolino, & Publio Cor- nelio Scipioni suarum gentium viris gratia campestri dede- runt. L. Sextio Collega ex parribus datus Lucius Aemilius Maternus. Et paulo post: *Cum de industria omnia, ne quid per plebeium confulam ageretur, proferrentur: silentium omnium rerum, ac iustitia simile oīum fuit: nisi quid non patientibus tacitum tribunis, quod pro consule vna plebleio tres patricios magistratus curulibus sellis pretestatos consules tanquam sedentes nobilitas sibi sumpisset, pretorem quidem etiam iura redemptem, & Collegan consulibus atq; iudicium a spicis creatum: verecundia inde imposta est Senatui ex parribus subendi adiles curules creari.*

Alius deinceps de creatus, qui peregrini- nius dicitur.

§. 2. Multos de varijs litibus legendos judices es- se nos vīs Rerūmpublican docet. Aristoteles 1.4. polit. c. 16. ita censet. *Iudiciorum autem differentia tri- bus finibus continetur, ex quibus, de quibus, quomodo. Ex qui- bus, hoc est, vtrum ex omnibus, an ex quibusdam iudices su- mantur: de quibus, quot sint genera iudiciorum: quomodo, vtrum sorte, an suffragio iudices fiant?* Ac primum sane ex- ponamus, quot sint iudiciorum genera, vt sit explicata iudicio- rum partitio. Octo igitur sunt iudiciorum genera, vnum est, quod ad repetendas rationes a magistratis perire: alterum, quod ad delicta publica, eaque, que in personas publi- cas iniuste commissa sunt: tertium, quod ad peccata in Re- publica statum: quartum, de controversiis & magistratum, & priuato, cum ambigunt de multarum irrogationi- bus: quintum, de priuatis rerum magnarum contracibibus, & pratreas de cedibus, & de criminibus inter scarios, & de re- bus peregrinis. Maleficiorum autem ad cedibus pertinentium

Tandem decē- *Poſtea for- titi ſunt.*

Prætores.

Præfetti

Prætorio a *bellica dig- nitate ad*

tribunalia

veniunt.

§. 4. Quamuis autem dicendi juris causā creati essent, in bella tamen deinde sunt missi. Sic apud Liuium lib. 23. duo mittuntur in Siciliam & Sardini- am. Id poſtea etiam vīs obtinuit, vt non minus præ- tores, quam consules prouincias fortirentur. A tri- bunalibus igitur ad castra deducti sunt Prætores.

§. 5. Contrarium in præfecto prætorio vīs venir.

Principio quidem constituti sunt, vt essent ἐπαρχοι

αὐλῆς, præfici aula, teste Herodiano, vocantur que

ἐπαρχοι & ἐπαρχει τῶν δορυφόρων τε ερατε, τε σπα-

τοπεδοι.

Xx 2. τοπεδοι.

totus. Eusebius vocat τὸν ναὸν τὸν ἡπαγχον. Augustus duos constituit, qui prætorianis cohortibus præcessent. At postea magna eorum fuit in judicis potestas, in d. Constantinus Magnus, à bello ad tribunalia, & vettigalium eos curam reuocauit. Tanta porro fuit auctoritas judicantis, ut ab eo appellatio non permitteretur, ita & tit. 11. Breuiter commemorare necesse est, unde constituendi Praefectorum Praetorio origo manauerit. Ad vicem magistri equitum Praefectos Praetorio antiquitus institutos esse à quibusdam Scriptoribus traditum. Nam cum apud veteres dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur, & magistri equitum sibi eligerent, qui ad sociati participales cure ad milia gradum secundam post eos potestatem gererent, regimenter Reipub. ad Imperatores perpetuo translati ad similitudinem magistrorum equitum Praefecti Praetorio à Principibus electi sunt, data pleniori licentia ad disciplina publica emendationem. His cunabulis Praefectorum auctoritas initia in tantum meruit augeri, ut appellari à Praefectis Praetorio non posset. Nam cum ante quasitum fuisset, an liceret à Praefectis Praetorio appellare, & iure liceret, & extarent exempla eorum, qui prouocauerant: postea publice sententia principali lecta appellandi facultas interdicta est, credidit enim Princeps, eos qui ob singularem industriam, explorata eorum fide, & gravitate ad eius officii magnitudinem adhibentur, non aliter iudicatuero esse pro sapientia ad luce dignitatis sua, quam ipse foret iudicaturus. Subnixi sunt etiam alio priuilegio Praefecti Praetorio: ne à sententia eorum minor res atque ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis Praefectis Praetorio restituvi posset. Nimirum creuerat illa dignitas, ut omnia dirigenter vnuis Praefectus, ut de Manlio Claudian.

A praefectis  
praetorio no  
luit ap  
pellare.

Praefecti  
praetorio ni  
mia pote  
stas.

Abusus su  
mum prouo  
catio ad po  
palum.

Populi Ro  
mani feda  
iudicia.

Semper alli  
mus populi temeritate afflictos.  
homines, sed idem  
mores.

Non te parte sui, sed in omni corpore sumptis  
Imperium, cunctaque dedit tellure regendos  
Rectores Hispana tibi, Germanaque, Tethys  
Paruit, & nostro diducta Britannia mundo:  
Diversaque tuas coluerunt gurgite voces  
Lentu Arar, Rhodanusque, celer, & diues Iberus.  
O quoties doluit Rhenus, qua Barbarus ibat,  
Quod te non geminis frueretur iudice ripis.  
Vnus sit cura viri, quodcumque rubescit  
Occasj, quodcumque dies deuexior ambit.  
Tam celo astidios expletu rrus honoris.  
Vnapotestatum statu interfu etas,  
Tot gradus sati iuuenilibus intulit annis.

Periculorum hoc docuerunt Maiores domus in Francia; Sejani, Rufini, Stilicones, alij, sed de judicibus dicere pergamus. Post Praetorem & Consulem in prouincijs jus dicebat legatus, in vrbe etiam aediles, alijque, de quibus ordine dicemus, vbi hoc monendum est. Omnium judiciorum perditissimam fuisse rationem, qd ad populum magistratus crimina publica deferebat, de quib. ne quis nimis quisq; sententiam dicere solitus erat. Nusquam judicia turpiora; agrum inter Aricinos, & Ardeates conrouersum in suam rem vertit populus Romanus obnidente Senatu. Luius libr. 4. fit Galbam absoluuit misericordia liborum, qui in Lusitania multos contra fidem datam interemerat. Gabinius absoluotus est, qd filius ejus humi jacens ab accusatore contemptus est. Claudium, qui classem amiserat, imber liberata. Q. Flauium Augurem justius seruauit, cum enim jam a quatuordecim tribibus damnatus esset, exclamauit, *Innocentem se perire*, ad qd accusator violenter respondit; suu nihil interesse nocens, *an innocens pereat*, dummodo pereat. quā atrocitate populus offensus reo fuit. Sic Amylius Scaurus absoluotus est, cum 120. in prouincia nominare non posset, quibus nihil abstulisset. Scipio Asiaticus inuidiā damnatus est. Sed vt alia taceamus Coriolanum, Camillum, denique Ciceronem vide-

bis 630. judicia habuit, ad solos equites ea Graechus transluit, at anno 647. lego Seruiliā iterum communicata est judicandi potestas Senatoribus, ita tamen vt major esset equitum numerus; postea enim Consule Cæsare Anno 662. numerum equitum Senatorumq; æquauit M. Liuius Drusus, ut triuq; ordinis trecenti essent, illæ leges eodem anno abrogata sint. Cum equitum judicia in qua, priuicias opprimerent, fortunasq; præsidum in potestate haberent. C. Pompeius Strabone, & L. Porcio Catone Consulibus, rogante Syluano constituti sunt judices 450. qui eo anno lites deciderent, idque ex omni ordine etiam plebeio, Anno 683. Sylla judicia integre Senatu restituit. An. 673. Cotta iterum inter Senatores, equites, tribunos ærarios judicia distribuit. Iulius Cæsar Consul tribunos ærarios sustulit. Pompeius secundum Consul judices ex censu legendos ex Senatu, equestri ordine, Tribunis ærarijs censuit, legemque pertulit. His tribus decurij contentus non fuit Antonius, sed pro Tribunis ærarijs, centuriones, Ante-signanos, Alaudas, manipulares substitut; Augustus quartam decuriam addidit, ex ducenarijs, qui de rebus leuioribus judicarent. Hæc tanta judicium subitaq; mutatio signum est, nullos non modo placuisse, sed nec defendi quidem potuisse; Appianus refert, tempore L. Druii corrupciam munorum inter criminibus haberet desuisse, ita palam frontem perfricuisse.

§. 7. Iudex, aut arbitrus, aut recuperator à Praetorio dabatur. Cum enim ante judices selecti essent, dicum recte Prætor ex delectis numerum, quem lex prescribat, sorte educebat, tam reus autem, quam accusator sum deputat, quos volebat, rejicere, in eorum locum alios uata. Prætor aut Iudex quæstionis sortiebatur. Auctor ex 450. judicibus 100. reus 150. edebat lege Seruiliā. Quod si judices se non excusarent, in leges jurabant, & nomina eorum excipiebantur, ne suppositi pofsent intrudi. Nimirum erat in illa sortitione libertas; quis enim dubitet, cum qui iniquam causam fouet, non infestos modo, sed omnes quibus cordi esse inTEGRITATEM existimat, rejecturum? Itaque c. 3. de Iudiciis, aliusque legibus illa libido rejiciendi frenata est. Apertissimi iurius est, licere litigatoriis iudices delere. Lite contagiatis, antequam lis inchoetur, recusare, cum etiam ex generali statu lilibus formis sublimissima tua sedis statutum sit, necessitatem cer reuerit imponi, iudice recusato, partibus ad eligendos arbitrios venire, iudicem, & sub auctoritate eorum sua iura proponere. Licit enim ex imperiali numine index delegatus est: tamen quia sine suspitione omnes lites procedere nobis cordebat: liceat ei, qui suspectum iudicem putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, vt ad alium curratur, libello recusationis ei porrecto: cum post istem contestatam, neg. appellari posse, ante definituam sententiam statuerimus, neg. recusari posse ne lites in infinitum ex. Arbitros ad tendantur: eodem sc. executor necessitatem partibus per ordinarium iudicem & omne ciuile auxilium imponere, & arbitrii, qui tros eligere, & ad eos venire: & si licet appetere, quasi arbitri iudices refuerint ab imperiali culmine delegati. Quod si ab imperiali iudice, censuere, Dat. V. Kal. Maii. Constant. Lampadio & Oreste VV. CC. Coss.

Ea de causa intra triduum arbitrum legere jubetur. Nunchoc feruatur, vt lite contestata iudicem recusare non liceat. Itmo etiam causa, cur suspectus sit, iudicanda est. In jure itaque postea illa omnia mutata sunt in melius, certumq; ordinem, vt recusare iudicem non sit pro arbitrio rejicere, sed legitimas causas adferre, cur merito sit suspectus, quia omnia sine calumnia infamiaq; sunt facienda. Leues factiose causæ admittuntur, vt iudex recusetur; non modo, quia facile plures habentur, sed etiam quia hoc ipso, quod rejectus est iudex, censetur inimicus. Si agitur est cognatus aduersarij vñq; ad septimum gradum, rejici potest, quia ad eum usque est successio; potestq;

Durum est  
habere iu  
dicem, tri  
eum, que  
sue re  
ceris,

potestque judex credi in eum esse prionior, cui potest esse haeres, q̄ causa valebit, etiam in remoto gradu, si haeres esse potest: si affinis est pro ratione affinitatis merito rejicitur. Si domesticus & familiaris est aduersarij, non committet se illi pars altera. Non extendunt jura hoc ad Procuratores, vel Aduocatos alterius partis, quamvis iudici sint familiarissimi, non tamen ideo rejicere licet. Item dominus aduersarij, patronusque recusari potest. Alia adduntur, vt si sint in eodem Collegio Canonici, ex eadem patria, si judex sit aduersarij subditus, aut vafallus. Si judex similem habeat caufam, si fuit Aduocatus, vel consultor aduersarij, si tene ingessit, si fuit pro aduersario fideiussor, si inimicitiae p̄cesserunt. Quin totum Consistoriorum potest rejici, si qui praefit, imperare alijs potest, & suscep̄tus est. Alioqui ex integro collegio tantum suspecti remouentur, non etiam alij. Naturalis autem juris est remoto iudicis merito suspecti, sed vt initio monui, pena recusanti temere, imponitur. Optime in Syntagmate juris lib. 49. c. 4.

Georg. Tolofanus. Debet ius super ista causa recusatio-  
ni edit in scriptis, & libello comprehendit, vt cogitat̄ non te-  
mē proponantur imminentē p̄ena temerē proponenti ex  
iudicatur. Constitutionibus etiam regis, pro singulis causis temerariis in  
curis interioribus 10. lib. tiron. In supremis 20. libra. Et  
ita cognit̄ vel p̄nem luere, vel probare causas propositas, idē  
debet decideriarum recusationum causa iudicis seu arbitrios  
deligere litigantes intra certum praescriptum à iudice recusato-  
rem terminum: vel si non conueniant de illis, iudex ex officio  
dat, coram quibus probatio fiat causarum, si ille manifeste, &  
omnino notorie non sint, & iudex neget. Nam nullum iudicem  
sortiri, vel sub sortiri velle, in reo summe est diffidē: in  
accusatore calumnia argumentum. Omnino certe graue est  
iudicem recusare temere. Et id multis ad damnationem plu-  
rimum adiumento fuit, quod Catonem, eum qui postea dictum  
est Uticensis, iudicem in causa sua reiecerint: etenim illi inno-  
centes videri non potuerunt, in modo satis de se confessi, qui aded  
recti, religiosi iudicis, viri, optimi ac integerrimi iudicium  
recusassen. Neq̄ hodie recepta est Bartoli glossa: nec alio-  
rum sententia, ad l. apertissimi. C. de iudic. que statuant in-  
re cuius fine causa suspectum dictum iudicem recusari posse:  
sed sequitur in Pontificium, vt non prius iudex esse definit,  
quam causa fuerint suspicione probata.

§. 8. Optime in Republica constitutum viderit  
iudicium centumuirale. Ex tribibus 35. lecti sunt  
105. viri, qui numero rotundo dicti sunt centumuiri,  
ē singulis tribibus tres constituti sunt, numerus  
& jurisdictio postea aucta est, Plin. l. 6. Ep. 33. fuisse  
180. testatur. Quatuor eorum erant consilia. Iudi-  
cabant de causis ciuilibus Cicero lib. I. de Orat. Prae-  
tor urbanus illis presidebat, duæ hastæ ponebantur,  
quatuor consilia vnam eandemque cauſam cogno-  
cebant. Plin. Epist. 21. l. 5. & c. 2.

§. 9. Triumuiri capitales tributis comitijs lege-  
bantur, quorum erat iudicare de vilibus, & abjecta  
conditionis hominibus, de maleficiis, seruis nequam,  
Creati sunt Curio Dentato, Consule, an. viribus 465.  
Inter cetera etiam carcerum, & latomiarum curam  
habebant, & deprehensâ Bacchanaliam conjuratio-  
ne: Triumuiris capitalibus mandatum est, vt vigi-  
llias disponerent per urbem, seruarentque, ne qui no-  
cturni cœtus fierent: vt que ab incendijs caueretur.  
Liu. l. 39. Iudicium incautum à Senatu, quod ad-  
ueniarum, & populi superstitionibus non resstant.  
Liu. l. 25. Incautati grauiter à Senatu ediles, triumuiriq. ca-  
pitales, quod non prohiberent: cum emouere eam multitudi-  
nem & foro, ac districtere apparatus sacrorum conati essent, hanc  
procul absunt, quin violarentur. Vbi potentius iam esse id ma-  
lum apparuit, quam vt minores per Magistratus sedaretur. M.  
Æmilio Pr. viribus negotium ab Senatu datum est, vt hi reli-  
gionibus populum liberaret. Is & in concione Senatus consul-  
tum recitauit, & dixit, vt quicunq; libros vaticinos p̄cacio-

nesue, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros  
omnes litterasq; ad se ante Calendas Aprilis deferret: neu quis  
in publico sacrouē loco nouo aut externo ritu sacrificaret.  
Videntur autem capitalium rerum executioni p̄-  
fuisse, ita Sal. in Catil. & Plaut. Amphyr.

§. 10. Duumuiri Perduellionis à Tullo creati, & Duumuiri  
postea crebro extra ordinem, de perduellione judi-  
carunt. Labienus Tribunus plebis intermissum ma-  
gistratum restituit. Quo ipsius factō, Cicero pro Ra-  
biriō ad accusatoris inuidiam vitetur. Porcia lex, in-  
quit, libertatem ciuium lictori eripuit: Labienus homo po-  
pularis, carnificis tradidit. C. Gracchus legem tulit, ne de ca-  
pite ciuium R. iniussu vestro iudicaretur: hic popularis à du-  
umuiris, iniussu vestro, non iudicari de cive Romano, sed in-  
dicta causa ciuem Romanum capitū condemnari coēgit. Tu  
mibi etiam legi Porcia, tu C. Gracchus, tu horum libertatis,  
tu cuiusquam deniq; hominis popularis mentionem facis, qui  
non modo suppliciis iniustatis, sed etiam verborum inaudita  
crudelitate, violare libertatem huius populi, tentare mansue-  
tudinem, commutare disciplinam conatus es?

Magnae autem dignitatis viros p̄fuisse his iudi-  
cij, ex iudicio Rabirij constat, nam duumuiri tum  
etoritatis  
crant Iul. & L. Cæsares, à quibus damnatus ad popu-  
lum prouocauit.

§. 11. Questores rerum capitalium à populo con-  
stituebantur, qui questores, vel questores partici-  
pantur, qui nominabuntur; Particidæ enim dicebantur, qui  
cuncte hominum interemissent. Legis Numæ ver-  
ba sunt: Si quis hominem liberum dolo scens morti duit, pitalium.  
Questores  
rerum ca-  
parricida esto.

De exilio iudicabant Quinqueuiri, vt Plinius te-  
statur, erant illi ex optimis Senatoribus lecti. Postea  
statutum est, vt forte legerentur, ita Hon. & Theo-  
dosius. Quod tamen alijs deinde legibus mutatum  
est, cum fors non facile in tanto negocio sit admit-  
tenda.

§. 12. Praetor qui Constantinopoli dicebatur, Praetor po-  
τεῖαι τῶν οἰκιανῶν, quem ait Simocatta, τὸ θέμα-  
puli.  
10. οἰκιανῶν, judicem thematis, tantum judicandi  
partes habuit, quemadmodum etiam Iuridicus Ale-  
xandriæ. Iudicia porro Constantinopoli fieri sole-  
bant ad puteum sacrum templi S. Sophiæ, vbi velum  
tendebatur. Plures fuisse & βάθα judices auctor est  
in Alexio Nicetas. Alii putant judices veli dictos, Φ  
ad Imperatoris Cameram iudicarent. Velarij vero,  
qui a filiis lebant, & loca tribunalium tutabantur.

§. 13. Decemuiri Stlitibus iudicandis in iudicio  
centumuirali erant, hastam centumuiralem cog-  
bant. Donatus putat ex centumuiris non fuisse. Dio  
lib. 54. vocat τὸς δεκάς, τὸς οἱ τῶν οἰκιασηκῶν, τῶν  
εἰς τὸς εκατὸν ἀνδρῶν εληρογράφων. Sueton. in Octa-  
vio ait interalia constituisse Augustū, vt centumuirale  
hastam, quam questura funiti consueverant legere, de-  
cemuiri cogerent. Decemuirale itaque & centumuirale  
iudicium idem omnino fuit. Lavius Torrentius  
in eum Suetonii locum. Pomponius libr. 11. De ori-  
gine Iurū, decemuirios litibus iudicandis, qui hastæ p̄fessent.  
Centumuirali, eodem sermè tempore constitutos tradidit, quo  
prætor peregrinus primum factus est; quoq; triumuiri mone-  
tales & capitales: circa annum D XI. ab V. C. An igitur Decemuiri  
alios creavit Augustus? quod ego sane non existimo. idem e-  
ex centum-  
nim fuere, & quidem (nifallor) ex corpore centumuirorum, uris suæ.  
quoniam alios coniunctus habebant. Augusto enim  
priora fuisse, non solum Pomponius euineat auctoritas, sed ipsa  
nominis scribendratio: cum hodieq; extant antiqua marmo-  
ra, in quibus X. viri STLITIBVS IUDICANDIS scribuntur:  
vt slocum, & slocum, & stritatum, dicebant veteres. Con-  
tigerat autem medio tempore, vt questura functi eorum mu-  
neri p̄ficerentur: quod Augustus abrogauit.

Dio lib. 54. Ideo prius absente Augusto decretum fuerat,  
vt XX. viri ex equitibus crearentur. Vnde nemo eorum in

Senatum electus erat nullo gesto magistratus, qui in Senatum adiutum praebet. XX. illi viri sunt ex XXVI. viris, tres scilicet viri capitales, Tres viri monetales, Quatuor viri viatorum in urbe curatores, vel Decemviri litibus iudicandis, que forte à Centumviris iudicanda sunt. Duo enim viarum extra urbem Curatores, & Quatuor in Campania misi sublatierant.

Transcribenda haec arbitratu ssum, quia candem ferè judiciorum rationem video Rebū publicis plerisque placuisse. Decemviri creabantur singulis annis. Quotannis viri viginti sex creabantur, qui deinde munia sua distribuebant, ut essent Triumviri capitales, monetales, Quatuor viri curatores viarum, decemviri litibus iudicandis, duumviri viarum extra urbem, quatuor viri in Campania. Praefecturas mittebant. Ex Senatu sumebantur, & initium honorum erat; Augustus viginti viros creauit sex posterioribus omissis, & ex equitibus sumptus, ut Dio lib. 54. Sed tamen etiam ad Senatorum liberos redditum constat. Nam apud Tacitum ann. 3. Tiberius à patribus petit, ut Nero Germanici filius munere capessendi viginti viros soluat. Ad Principum igitur filios ea quoq; functio pertinebat.

Iudices in  
provincia  
rationem  
reddunt.

§. 14. Hoc quoque sapientissime cautum est, ut iudices in provincia rationem reddant. Iudices quinquaginta dies in provincia maneant c. 1. tit. 49. Nemo ex viris clarissimis Praefectibus Provinciarum vel consularibus aut correctoribus, vel qui administrationis majoris insulæ meruerint, id est, viri spectabiles, Proconsules, aut Praefectus augustalis, aut Comes Orientis, aut cuiuslibet tractus vicarius, aut quicunque Dux vel Comes ciuuslibet militiæ vel diuinarii. Comes domorum, postquam sibi successum fuerit, audeat excedere de locis, quos rex sibi noscitur, antequâ 50. dierum constitutis numerus finitur. Sed per id tempus Praefides quidem & consulares, nec non correctores in metropoli, spectabiles vero iudices tam ciuiiles, quam militares in ciuitatibus administratae, & eos illustrioribus publice, non domi, vel intra sacra confactos terminos, vel regiones aut potentes donos latantes, sed in celeberrima locis ante omnium, quos nuper gubernauerant, ora versentur: ut pateat omnibus facultas libera super fortis aut criminibus querimontiam commouendi: ita ut ab omni defensu in iuria prouincione post eum administrantis, ac periculo officii, nec minus curialium & defensoris ciuitatis, iuratoria, tantum cautioni commissus, postquam fuerit in querimoniis denocatus, pulsare volentibus (ut dictum est) pro legum ratiōne respondeat. Nec villam ante prefinitum tempus de prouincia descendendi excusationem etribuit, vel divina vocis copia, vel codicilli alterius administrationis oblati, vel præceptum amplissima tua sedis, ut alterius prouincie moderatoris rices obtingeat, aut præceptum prefatae, vel alterius ciuili vel militari ciuiscung, potestatis, ut quamcumque sollicititudinem publicam gerat, aut exhibeat, aut deducat, aut postremo ciuuslibet artis astutia, cuiuscumque occasione excoxitata calliditas excludatur, ut modis omnibus, quæ pro vniuersarum prouinciarum salute sancimus, sortiantur effectum. Quod si quis remeritate punienda saluberrimam legem circumscribendam vel violandam crediderit, licet & maiestatis reus non immerto iudicetur, attamen 50. libarum auri multam publicis calculis inferre cogetur: Simili pena plectendo eo, qui post eum administratione suscepit minime eum curauerit, honeste retinendum, aut super eius fuga protinus referendum.

Qui iudices  
esse nō pos-  
sunt.

§. 15. Judicare prohibentur muti, surdi, impuberes, surdum & mutum Principem, cum per literas satis causam intelligere possit, & scripto sententia iudicare, non prohiberunt iudicandi potestate, nisi cum quædam voce exponenda sunt. Parentes nostri iudicem absq; infamia esse voluerunt, itaq; Senatu motum, nisi vel restitutum, vel elapsio tempore condemnationis iudicare veteruerunt. I. cum prætor. §. penult. de judic. P. Aurealex Ciceronis est, *Hominibus tūpiudicio damnatis in perpetuum, nēq; vīlum ad honorem, neque in curiam adiutus est.* Si quis igitur accepta pecunia testimoniū dixit, vel denunciavit, vel iudicauit, vel iudicio supersedit, vinxit aut non vinxit aliquem,

hūc portæ dignitatis clauduntur. I. Si quis prelio, non viræ commendatione ad honores venit. Postulatus criminis non potest eo anno honores adipisci, nisi se purgauerit, non amittit tamen quos habet, quia inauditus damnari non debet. Vt tamen sunt olim mercatores, praesertim rerum vilium, quod ex parte probandum, sed non in vniuersum alibi ostendi. Copiosi enim negotiatores & honesti cum laude regunt multas & magnas ciuitates.

§. 16. Valde tamen lugendum esse, docet Tolos. l. 47. Syntac. c. 10. eos, qui pecunias vīlū, fallacis, circumuentiōnibusq; congregauerint, Rerum & dignitatum mercari officia, ex quibus iterum lacro assueti misera cum subditorum iactura negotientur. Quod si prīci Romani admisissent non mirarentur tantopere, quod Varro ex Macellaria patris taberna ad consulatum confenderit, & largitione sordidissima duodecim fasces & dictaturam consequitur fuerit. Quod Titius Avidius partis exigua Asia ante publicanus, postea proconsularē cū imperio dignitatē Asia obtinuerit: & Pub. Rutilius, qui ante publicanus operam dederat in Sicilia: Siculis vniuersis leges dederit consul effectus. Præcipua conditio iudicis est, ut sit peritus causarum, de quib; iudicat, de quā scientia dixi l. 4. Alia diueris legibus est agitata conditio, ne quis magistratum gereret, aut iudicaret in prouincia, in qua oriundus esset, de qua re sunt leges Romanorum non consentaneæ Reip. ipsorum, cum Romæ iudicarent tantummodo Romani; aliquando idem vīsum est Francis, ut legem of alienigenis iudicibus Philippus Pulcher, & Carolus V. ferrent. Dicitur & vīstatum esse in Castellæ regno; nam de vīb; Italia supra dixi. Viros tamen bonos pferendos puto, alioq; & Reges pegrinos & Principes easdem ob causas ad optarent, q; in sua Repub. Deus improbavit, qui vetat alium Regem constitui, qui non sit frater.

§. 17. Iudicium in Galliā rationem eruditissime descriptis Consultis. Tolos. lib. 47. c. 33. in hunc mod. In Gallia, quia diuersum sermonis idiomā est, & diuersus regenda Reip. modus, Rectōribus prouinciarum exemplo Romanorum omnino non vītum, ex parte quamvis cum Romanis consentiamus. In ea iuridicōnes & potestates ex nutu & Principis voluntate distinguuntur. Sunt tempore belli maxime Rectōribus prouinciarū, quos dicimus, Gouerneurs du pays: qualis Gouvernor noster Tectosagum, alius Aquitanie, Picardia, & similes, quipro Procons. existunt. Quidam & Legati cū potestate regia vicarii Regis, quos vocant etiam Viros, quorum potestas Praefectis Praetorianis comparari potest. Etsi non difficiat Rectōres vel Gouvernatores etiam vires Regis agere in militariis causis, & in prouinciis sibi commisitis. Magna olim erat horum autoritas: concedebant n. veniam & abolitionē criminis, nundinas & mercatus nobilitabant, legitimabant seu restituiebant natib; auocabant & iudicib; ordinarii causas ad se. Quia tamen omnia postea adempta, & restituta regia soli potestati, editio Ludouici XII. Hodie Rectōr Delphinatus omnia officia concedit, pluraq; potest: exceptis Curia suprema Parlamenti officiis, & indulgentiis seu veniis criminum. Faluntur qui putant vicarium generalem Regis, quem vocamus Lieutenant general pour sa Majesté. Proconsulib; similem dici. Nam melius hic, qui vices agit in vniuersis prouinciis Galliarū, diceretur Magister militum, qualis sub dictatore: vel Praefectus Praetorio sub Imp. vel tempore prīci prouinciarum Regum Francorum, Meier vel Magister domus: ex cuius autoritate tota militaris opera regeretur, qui secundus post Regem in ea potestate, maior Proconsul & Gouvernatoribus, Praefectibus prouinciarum. Et certe hoc etiam munus vix conceditur, nec non concedi debet alii, quam Principis fratri, vel filio, vel ei qui designatus est successor imperii. Periculum n. est, ne qui hanc inuestitur dignitate, electus dominandi dulcedine, & quia iā omni manu militari armatum se videt, inuidat principatū eius, cuius vicariatum gerit: saltem ita olim contigit, quando Meieri & domus Francie maiores vīlū parvūnt imperium. Est itaq; iste Vicarius Regis generalis maior, qui etiam sub se alios habet. Gallia Polenachos, quos vocant Mareschaux, syllabis priorib; Polenarchos, qui & subduntur & illi gubernatores prouinciarum, qui &

habent alios sub se, veluti Toparchae, i.e. certorum locorum gubernatores: qui interdum preter morem antequam Senarchis & Baillius additi sunt, & interdum cum Seneschallus, & gubernatores in Seneschallia adduntur, & regant secundum Principis voluntatem. Verum Senarchi sunt legitimi Toparche, & antiquiores isti singularib. gubernatoribus additum sunt. Sunt n. Senarchi veluti proprii & naturales locorum gubernatores, non tantum paludatis, sed etiam rogaris gubernatoribus adscribendi. Et etiam Philippus VI. cognomento Valefus eos nominauerit in Conf. an. 1344. Rectores prouinciarum: dum ait, tempore appellatorum agitandarum in diebus ordinariis sua Seneschallia eos in Parlamento interesse debere, (vt, inquit, apparet) posse de ipsorum gestu, vita, & morib. & quo modo per ipsos digne regantur prouincie eis tradita sub eorum regimine, &c.) Militari namq. opera & iurisdictione sibi commissos regunt: duces nobilium tempore belli sua Toparchie sunt, & banum & heribannum sub illis solis pugnat ducibus. Et ex Conf. Henrici II. diei 9. Febr. 1547. art. 3. Si modo ipsi Toparche militia regenda & ducatu idonei sunt. Nam illis non idoneis ex nobilib. Toparchie eligitur unus ex Rectoris prouincie de c. re: Rector sit: si minis, per delegatum ea de causa per Principem in locu Seneschallii qui ordines tempore militie Toparchie ducat. Eaq. de causa vidi aliquando conqueri Cadurci strenuum certe toparchum seu Seneschallum, quod suisset Prefectus singularis a Principi in sua Toparchia Gubernator, tanquam putans sibi id dedecori esse, cuius controvicia causa etiam in varia scindit cives sententias & similitates, vt verear, ne quid inde grauius postea ortum fuerit. Senarchia vel Seneschallia quia vulgaris nomine Seneschallium & Bailliuum dicimus, inde & Seneschall & Bailliu, pro Toparcha & Prefecto declinationem nominis habent ab una significacione. Siquidem Senarchia dicta, videtur ex compositione nominis Latinis & Graecis, scilicet senum Principatus: Et Senarchus, sive Seneschallus, qui huic concilio senum prefectus est. Vel si malimus integrum compositionem diictionibus graciis constare, Coenarchiam dicimus ex graco roudi & grecia, i.e. communis Principatus, vt Periorum obseruantur. & Canariorum Princeps eius administratione dicitur. Potesit dici a German. idionate Seneschallia, a verbo Senken & Schalk, indagatio & perquisitio, seu censura hominis pesimi, & veteratoris, ep in ea sede de iudicis agatur maximum virorum iniquorum. Quidam etiam dicunt verius verbum Seneschalliam significare, & scilicet prefectus: atq. dicunt inde seneschalcos institutus prefectos, sed diminuere id dicit Lupanus. Dicitur & Bailliu, quasi bona, i.e. consilium. Noluit n. Princeps omnino ciuitates praecellaras soli Toparchie committere sine consilio prudentium virorum, qui eis assident, sicuti & iuridico Alexandria, Sederus, teste Spart. in eius vita adiecit ordinem Deuironum. Praefides certe prouincia iuridici isti non possunt dici, quia nec vni prouincia preficuntur, & plures in eadem prouincia sunt Seneschallii: vt in Aquitania plures apud Tectosages, plures & alibi similiter. Sicuti nec potestas Praefidis illis conuenit: nam ab illis provocatur, a Praefidis, nequaquam. Extat & Conf. Car. VI. cognomine Pii, anni Dom. 1138. quaprohibentur alia nomina quam vulgata, & prepositi. Sic n. statuit (Nullius Seneschallie, Bailliu, aut alterius iudicatur & regimur volumus gubernari, vel alio nomine praterquam Seneschallie, Bailliu, vel prepositi: sicut antiquitus fuerit concessum.) Itaq. prouincia diuisi sunt in Gallia, in hac prouincias etiam locorum, vt facilius res tum ciuiles tum militares regerentur: quemadmodum & Plin. l. 5. c. 9. refert Thebaidem in Asia diuidi in prefecturas oppidorum, quas nomos dixerunt. Fidem facit, & Senarchorum institutio primaria exigebat, vt per se ipsos suum munus exequentur, neq. vicarii viceentur, aut Subprefectis, nisi ob granum & necessariam absentiam, ex Conf. Car. VII art. 86. In Conf. Philip. Pulchri, 1302. Atq. tubetur Conf. Car. VI. anni 1388. & alio plurib. Constitut. vt ipsi sint assidui, seu vt dicunt, residentes in prefectura: quemadmodum alii statim curia principali, & inferiorib. necessitas assiduitatis & residentia imposta est a Principi pendit. dieb. iuridicis, Senatoribus etiam & Praefidis Senatus. Extatq. Constitutio Francisci I. Sive la residence des officiers, conseilliers, Presidents, Baillifs, &c. Et Conf. anni 1539. art. 129. Et Conf. Car. VIII.

art. 3. & 77. Car. VII. art. 2. Lud. XII. art. 23. & 25. Quinimmo nec ex Principi consilio possunt esse, vt absit pendente prefectura, ex Conf. Car. VI. an. 1388. Sunt senarchia iudices maiores & minores seu Subprefecti aliquando, si tractus iurisdictionis paulo latior sit, & si populus locus sit, vocat Lieutenantans & sieges Seneschallia. Sed Subprefecti a Principi non a Seneschallio instituntur & praeduntur, nec delegati, sed ordinarii iudices sunt: sub dictio nomen & potestate eiusdem Senarchi. Et ideo indicta eorum nomine senarchi preferuntur. & negotia eorum nomine expediuntur: quamvis ipse per seipsu non iudicet. Nam iudices illi additi in hac parte operam pstant, ipse a nomine & potestate sua iudicia autorat & tuerit, & executioni mandari iubet. Et ideo placuit Ludov. XII. art. 48. sua constitutio, ne alii Prefectura vel Subprefectura regenda iudiciorum Senarchia pfectantur, quam qui gradum Prolyatus seu licentiatu, vel doctoratus in aliqua famosa universitate adepti fuerint. Prohibitum aliquando, ne iuridicus quis patria sua fieret a Philip. Pulchro, & a Carol. V. vt olim in l. si de off. rect. provin. C. apud Rom. sunt & Conf. Regum, qua Examens statuant de qualitate pfectendorum & de examine illorum, & di officiales aliorum officialium, vt constitutio Henr. II. an. 1547 & 1548. Omitto etiam, forsitan quia abiit in disuetudinem constitutio nem vetantem mercari vel emere officia, cuiuscunq. curia maiori vel minoris regi. Carol. VIII. art. 68. que publicata ann. 1463, cui alia conuenit Lud. XII. art. 40. De quibus notio sit, Senarchis & curiis illorum, satis liquere arbitror ex Regu vulgaribus constitutionibus, eam effrerum Domanii Regis, Iulii nobilium, dationis tutorum, vel curatorum, de confiruacione vel cura adiutorum sacrarum, vt sartate recte esse sint, vixq. prisa legatorum criminis illorum examinatio, si agatur de lesa aut imminentia maiestate, de fide publica violata, de vi armata, de feudorum adnouatione tradenda per vasallos Regi, de executio nib. obligationis factis virtute cuiusq. sigilli secundam consuetudinem. Et proclamaciones armorum faciunt: nisi in terris Baronum & aliorum habentium hanc iurisdictionem. De pontium, itinerum, murorum refectionib. statuant, si proprii Magistratus sint negligentes: de sacerdotiorum querimonia, dominii res, quo olim prima actione seu in priuata instantia in Parlamento tradabantur, vt ait Imbertus l. 1. Inst. Forens. S. porrò, nunc etiam pertractant. Cognoscunt & de aliis quorum iurisdictione illis concessa est, de quib. stylis & constitutiones satis admonent pfectorum Regum, & Francis. V. 16. Apr. 1537. art. 3. 4. 5. 6. 7. &c. Seneschallie, antequam possessionem nanciscatur pfectus, & coguntur iurare in verbis cocepta sacramenti hac de administratione constituti in curia suprema Parlamenti, ad quam ex eorum iuridicibus provocatio est, sive ius Regis conservatores & Domanii, suum cuiq. sine discriminis personarum reddituros, dona munera, nec xenia, immo nec edulia a sibi commissis accepturos, neq. vxores, famulosve aut comites accipere passuros, non subditos operarios, id ipsum suos iudices efficeretur curatores. Et proinde dum statis dieb. annis causa provocatio ordinaria cuiusq. Senarchie agitantur in Parlamento, reddant, ad quod ab illis provocatio est, singulis Toparchie in causa suis Bailliu interesse auditorio debent, redditur gestorū, si opus sit, rationem, & vi inibi trium viros regios moneant & instruant de iurib. regis & Domanii sua senarchia, & de abusib. officiariorū regiorum, vt q. current negotiorum gestorum, & qua appellacione agitantur ex sua Toparchia a c. a pferri, aliaq. similia gerant, que pscriptis Carolus VI. an. 1388. & Carol. VII. 1453. Senarchie aliquando non habuerunt officium perpetuum seu administrationem perpetuam, non iuridici illorum semper perpetui, vt neq. alii officiarii in Gallia, & ideo pendente administratione vel officio non livebat eis, vt liqueat ex Constitutionibus praedictorum proxime Regum & aliorum, emere, contrahere, vel vxorem dicere, vel beneficium Ecclesiasticum asequi sine licentia Principis, pro se vel pro suis habere vel impetrare exemplo administrantium prouinciarum Romanorum vel officia prouincialia, non inutuo accipere supra viginti libras. Erantque conuentus illorum iuridici non stat, vt nunc, sed per Toparchiam in locis praestantioribus indicti vocabant assises, id est, Sessiones: Vnde Sieges. Quare & exemplo Romanorum Magistratum ex Constitutione Caroli Sexti

Quinquaginta manent in provincia.

Nunc alii iudices constituti sunt. post depositam administrationem senarchia & iudicature per quinquaginta dies in Senarchia tenebantur residere, ut iuri flarent, & responderent coram Successoribus, libellis, petitib; coniectib; aduersus illos propositis summarie, & de plano iudicandis. Ceterum quemadmodum cognitiones Senarchorum Curia, suprema examini appellationis causa subiiciuntur: sic & iudices quidam ordinarii sunt, à quibus prouocatio ad Senarchiam defertur. Et nouit quelibet Senarchia suos sibi hac de causa fines. Sun & cum his in quibusdam cuitatibus vicarii, quos Viguerios Tholosse & alii dicimus, quorum iurisdictione aliquando suppressa reuixit. Vigueriu in quibusdam cum Decurionibus & Seneschallo concurredit, Index tamen ordinarius est, minimarumq; causarum & minimorum criminum. Ut ridicule lepsi sint, qui putant Viguerios dici, quasi Vergobretos. Erat enim Vergobretus maior Vergobreti.

& regie propemodum autoritatis apud Hedios, autore tulio Casare, & quo maxime Viguerius. Arbitror autem, quantum dilatent philaetaria Vigueriu, Viguerios dictos esse, vel à nomine composito Vices gerentes, ut dicimus idiomate communis (Vichancelier, Viroy, Vigerand.) pro Vicecancelario, pro Vicario Regis, & pro Vices gerente aliquius, Et Viguerium pro Vicario accipendum Seneschalli: Si me moneret constitutus Philippi Quartidicti pulchri Anni 1302. ducat (Volumus insuper & ordinamus, quod nullus Seneschallus, Bailliu aut index quicunq; habeat praepositum Viguerium seu iudicem, qui eidem consanguinitatis, affinitatis, vel naturae vinculo teneatur, ne persona predicta in causa, que ad ipsos per appellationem peruenient debeat, minus fideliter iudicent) Alicubiisti Viguerie se dicunt exornatos custodia arcium, unde arcium loci dicuntur custodes, Castellani & Suggili interdum & Prepositi, Preuosts. Et idcirco iurisdictione illorum secundum definitam à Regibus, & Seneschallis naturam distinguenda est. Cognoscunt ut plerique de tutelis non nobilium, de suspectis tutoribus & curatoribus, de anno profligacione, de abusibus cauponum, hospitum, pistorum, lanionum, Pharmacopolarum, propolarum, & negotiatorum intra urbem seu statim iurisdictionem, de pachionibus, & obligationibus sub sigilli certi rigore transactis, de aliis criminibus quoque iniuriarum, inuasionum, nisi vel contraria prohibeat iurisdictione, vel consuetudo, qua in potestate forensi consideranda alias monui, ne transgrediantur terminos, quos Patres & maiores eorum posuerunt & obseruarunt.

Locum tenentes Seneccipaludati, quos vocant Lieutenans de Seneschaux de robe, alicubi, & qui latronum grassantium prehensiones & iudicia exequentur: quales prepositi Marechalchorum vel Subprefecti fuerunt, sed dicti nomine Vice seneschalchorum, Vice seneschaux, proprie Latrunculatores. Sic enim variatio temporum mutauit nominarum, auxit, & minuit iurisdictiones Prefectorum ex nutu & arbitrio Regis pro necessitate provincialium. Et ita etiam Prefecti provincialium loci facti perpetui Senarchi, & iudices illorum togati aucti, & perpetua Consilia seu Concilia, eaque statu & iudicis officia cum titulo à Principe concessis, qui pro Senarchis ipsis iudicarent, sportulansq; recipient, manu armata Senarchis concessa. Addita etiam prerogativa istis consiliis, iurisdictiones rerum omnium ciuilium, excepis dominialibus Principis de aqua, & nemoribus eiusdem statuendi diffinitiue, sine prouocatione ducentarum quinquagintarum librarum Turonensium, & quingentiarum, quarum executionem non obstante prouocatione, sine praedictio tamen illius possent profequi, ut habetur in Constitutione Henrici Secundus mensis Martii 1551. ubi de origine illorum. Fuit aliquando & summa iurisdictionis ampliata, cum primum nouus Magistratus creatus est, dictus Praes Presidialis: nempe Magistratus in eo consilio Toparchico, primus, qui presideret Presidibus suis iudicibus introductis: non quidem provincia, hoc enim falsissimum est, & temere Presidius provincialis nomen & purpuram quidam sibi arrogans hoc falso pretextu. Neque Rex eos nominat Presides Provinciae, sed Presides & Presidiales: Iam enim Presidiales scilicet iudices &

Consiliarii dicuntur & dicebantur olim, qui presidebant ceteris Seneschallia sedib; Nam fere singula Seneschallia habent duas vel plures eiusdem Senarchi in diversis locis classes, sed vna sicut electa pra & ante alias sedes, quae alii presit, appellationes aliarum terminando: Vnde qui in illa sede, quae principia inter alias est, constituantur, iudices presidiales dicti sunt, & in quantum de appellationibus iudicant sediun inferiorum; Et idem quoque dicti ordinarii in quantum de sibi subditis & sue iurisdictioni, in prima actione extra causam editi, quo prouocatio interdictum iudicant. Quarre idem iudices & ordinarii in causis extra dictum & Presidiales & Superiores dicuntur in causis edito permisit huic iurisdictioni. Et proinde Praes Presidialis statutum inibi, non ut prouincia presideat, nam ne presidiales ipsi iudices, neque Seneschallii ipsi prouinciam habent, sed partem prouincie, seu diaecsis: at potius, ut Presidialibus presit, & absente Seneschallo proficiat in curia sibi commissa, ut probe ex iure omnia à iudicibus gerantur, praeedit hunc honore veluti suum Vicarium ipse Senarchus: Praes vero prouincie Romanorum nullum superiore habebat in sua prouincia, & primus est post Principem. Presidare autem & iudicis maiori hunc oportere sat nomen & officium indicat, quamvis viderint hac de re controvenerint, sed hac iustior sine affectu est sententia. Neque etiam aequum est, ut qui caput constitutus consiliis, membrum quod subiicitur sequatur: quamvis repugnet misera Magistratum quorundam ipsius seculi ambitio. Itaque aucta curia novo Magistratu, & quodammodo Senarcho togato iurisdictione Presidialis crevit, in his que refert Rebus in primo tomo Constitutionum regiarum tit. 12. art. 11. Veruntamen quia postea immutata maxime videbatur Senatum inde authoritas ad suam rediit originem ex edito Caroli Noni Molinensis habito 1566. artic. 15. & Parisiis mensis Martio 1568. & fuerunt, qui existimariunt hoc munus, hancque nimiam iurisdictionem superflua, ubi Parlamentorum tot nempe septem adsum supremis Curie: Cum Magistratum multiplicatio videatur litigandi occasio, ut aint. Vix enim possunt assueatum grauitati Senatoria, qui in ordinariis & primis actionibus coguntur pragmaticis & vitoribus negotis consenserent. Ego tamen in his non immorabor, audiuit namque in Comitiis Aureliacensisibus, & Blesensisibus, & alibi subditorum hactenus de Magistratis prouincialibus Gallicis dicta sunt. Omitto plura de Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Castellaniis, & aliis Iuridicis Dominis locorum: quod iam de illis dixerimus in feudis libr. 6. Syntagma. huius cap. 7. 9. 10. 11.

§. 18. Sunt non dissimilia Romanis licet varie diuersa iudicia, & qui illis praeident. Hinc Bailliu, Castellani, Praepositi, auditores Castelleti, Curia, Presidiales, iudices & consules mercatorum, inquisitores, Majores, Schabini, Secretarij mandatorum, Secretarij domus Franciae, seu Cancellarie. Aurea est constitutio nouellæ de iudicibus sine suffragio creandis, quæ omnes Republicas ita instruit, ut si quæpiam sequatur de justitia optime sibi prospictria sit. Quod multi optarunt, pauci perferunt. Sed Nouellam audiamus, Nouell. 8. Coll. 2. tit. 2. in præfat. Cogitatio igitur nobis facta est, quod agentes omnium quicunq; in nostris prouinciis sunt, uno actu communis ad meliora migraremus. Hoc enim omnino euenturum credimus, si præfides gentium quicunq; ciuiles administratione situatio prouinciarum habent, puris procuremunt vii manibus, & ab præfidiis omni abstinerent acceptio: pro illis solis contentos eis, quæ à fisco dantur,

gine precio dantur, quod non aliter sit, nisi ipsi cingula sine mercede percipiant, nihil omnino dantes, nec occasione suffragiorum, neq; is qui cingula habent, nec alii omnium vli. Consideravimus enim quia licet questus immodicus imminuit imperio, at tamen nostri subiecti incrementum maximum percipient, si indemes a iudicibus conseruentur: & imperium & fiscus abundabit vtris subiectis locupletibus: & vno hoc introducto ordine, plurima rerum & innuera erit vberitas. An certe non omnibus manifestum est, quoniam qui aurum dat, & ita administrationem emit: non dat hoc solum quantum occasione adiuuentum est suffragiorum, sed & aliud extrinsecus adit amplius occasione commodi administrationem aut dantib, aut spoudentibus? & sic vno principio illicito dato plurima necesse est manus circumire eum, qui donationem facit: & hoc non de suo forte præabere, sed mutuatum, & vt mutuare posse damnificatum & computare apud se, quia conuenit eum tantum ex prouincia percipere, quantum liberet ei quidem debita sortes & vſuras & damnæ pro ipso mutuo: computabit a. & in medio expensas largiores, iam & iudicis, & qui circa ipsum sunt conuenientes: & quendam etiam subimet recondet questum in tempore sequenti, in quo forte non administrabit. Quapropter eius q; ab eo datum est, triplum, magis autem si portet verius dici, decuplum erit, quod a subiectis nostris exigitur: & ex hoc etiam fiscus imminuit. Nam ea qua oportebat in fiscum inferri, eo quod administrationem haberet puris vrientem manus: hoc ad propriam vilitatem redigunt, qui administrationem haberet, & inopem faciens nobis collatorem, inopem ipsius, qui per ipsum agitur, nobis reputat: & quanta impie talia sunt, ad horum furorum merito relata occasionem? Administrationes namq; habentes prouinciales ad hanc acceptiōem reficiētes multos rerum dimittunt, videntes eis delictum: plurimos a. innoxiorum condemnant, vi noxiis prestant, & hoc non solum in pecuniaris causis agitur, sed & in criminalib, vbi de anima est periculum, fugiunt ex punitio, & confluent hac omnes ingemiscentes. Sacerdotes & curiales & officiales & possessores, & populi & agricole iudicium farta merito & iniustitias accusantes, & hac non sunt sola, sed etiam ciuitatum seditiones, & publice turbe plorant, pecunia causa sunt atq; sedantur, & omnino vna quodam est hac omnium occasio malorum: & accipere suffragium a iudicibus totius rei nequit est principium & terminus. Est quoq; hoc sacerorum eloquiorum mirabile, & verum, q; auaritia omnium sit mater malorum, maxime quando non priuatorum, sed iudicium inheret animabus. Quis n. si ne pericolo non suretur, quis non latrocinabitur sine reatu ad administrationem reficiētes: Illum namq; videns omnia auro rendentem, & præsumens, quia quicquid erigit illicitum hoc pecunias dando redimet, hinc homicidium & adulterium, & iniustiones & vulnera & raptus virginum, & commerciorum confusio, & contemptus legum & iudicium, omnib, hac venalia proposita esse putantib, tanq; aliquot vilium mancipiorū. Sed neq; sufficiunt considerare & expōnere, quanta ex furto prouincialium iudicium fuit pessima: nullo eos præsumere cum fiducia redargueret, cum illi repente se emisit cingula, prouinciant, & c. i. Hec omnia apud nos cogitantes, & hic quoq; partipem consilij sumentes eam, q; à Deo data est nobis reuerendissimam coniugem, & tua cel studini causam communicantes, & q;dam etiam à tuo sumentes consilio, ad hanc sacram venimus legem: per quam sancimus, neq; prouincialiam villam, neq; hanc vocatam vicariam, neq; comitem Orientis neq; aliam quamlibet administrationem, neq; prouinciam, neq; presidalem (quam prouinciaris & correicias vocant) quarum expressum meminit subiecta huius S. legi nostra descriptio, quasq; solas sub hac lege ducimus dare alioq; suffragium; neq; pro administratione quamlibet donationem, neq; iudicis vli, neq; horum, q; circa administrationem sunt, alicui, neq; alteri præcōnitionem patrocinii: sed gratia sumere q;dem administrationes: pauca v. præbere occasione eorum, que pro cingulis dantur, & chartis, nam subiectimus etiam descriptionem huius sacrae nostre legi declarantem qd competat vnamquamq; administrationē nostram præbere in sacro nostro laterculo, aut in foro tuae cel studinis occasione Codicillorum, aut præceptorum, vnde & illud abbreviatum est, ne p̄fret illi maximum damnum.

§. 19. Lites triennio definiendas Iustiniānus dicit. (cap. 3, titul. 1. de iudicij) nobis vſum est, ne lites fiant pene immortales, & vita hominam modum excedant: (cum criminales qdem causas iam nostra lex biennio concludit: & pecuniaria cause frequentiores sunt, & sepe ipsa materiam criminib, creare noscuntur) p̄sentem legem sup̄ his p̄ orbem terrarum nullis locorum vel temporum angustiis coarctanda ponere. Censemus itaq; omnes lites sup pecunias quantacunque quantitatib, siue super conditionib, siue super iure ciuitatum, siue priuatorum fuerint illatae, siue sup̄ possessione vel dominio, vel hypotheca, seu sup̄ seruitutib, vel p̄ alii q;busdam causis, p̄ q;bus hominib, inter se litigandum est: (exceptis tantummodo causis, q; ad ius fiscale pertinent, vel que ad publicas reficiētes functiones) non vltra triennii metas post contestatam litem esse p̄trahendas: sed omnes iudices, siue in hac alia vrb, siue in prouincia maiorem seu minorem peragant administrationem, siue in magistratib, positi, siue ex aula nostra dati, vel a nostris p̄cerib, delegati, non esse eis concedendum ulterius lites, quam trienniū spacio extendere. Hoc n. iudiciale magis esse potestatis, nemo est q; ignoret, nam si ipsi noluerint, nullus tam audax inuenitur, qui posset iniuitu iudice licet pretulare. Et si qdē pars actoris cessauerit, quatenus multiplici dilatatione reus fatigetur, & triennii metas post litem contestatam iam p̄ è finem veniant, vt semestre tempus ei tantum superstet: licentia erit iudicii, p̄ executores negotii actorem requirere, parte fugiente ex vna, parte actoris absentiam incusante, & iudicib, omnimodo siuas aures bniusmodi questionib, referantibus & si p̄ tres vices fuerit hoc subsecutum 10. dierum spatio p̄ vnumquęq; introitum destinato, & ita nec pars actoris fuerit inuenta, & neq; p̄ se, neq; p̄ pecuniam instruclum puererit: tunc iudicem negotii acti apud se confecta conspicere censemus. Et si quidem nihil sufficiens actitatum est: ex quo posset termino certa causa fieri. Omnes ex: conjectura, volumus non solum partem fugiente ab obseruati- ceptiones one iudicij relaxare, sed etiam in omnes expensas, q; consueto differentiū modo circa lites expenduntur, eum condemnare vera quanti- lites excludenda. Quoniam in occasio malorum, tunc iudicem negotii acti apud se confecta conspicere censemus. Et si remanserit viribus evacuabitur. Sin a. ex gestis apud se habitis, parte a- toris minime inuenta, posset inueniri viam, qui manifestum ei fiat, quid statuendum sit, etiam absente actore, si eum me- liorem causam habere persperxit, p̄ eo ferre sententia non mor- retur, & presentem reum absenti actori condemnare: expensis tantummodo lito, quas reus se legitime expendisse iurauerit, condemnatione excipiendo, quia hanc p̄enam actori & meli- oreum causam habenti, ppter solam absentia contumaciam im- ponimus, nullo penitus ei regressu ad eandem litem conseruan- do. Sed actor contumax cadat omnino de lite, si reus absoluatur. Sin v. aliqua condemnatio contra reum p̄ absente actore p̄feratur, quā forsan non sufficiēt si bipartauerit actor fugi- tuus: nullo modo iterum eandem litem resuscitare conde- mis, & hec quidem p̄ena actori fiat imposta. Sin autem reus absuerit & similis eius processit requisito, quemadmodum p̄ persona actoris diximus, etiam absente eo cremodicum con- trahatur: & index (secundum quod veteribus legibus cautum est) ex vna parte cum omni subtilitate causam requirat, & si obnoxius fuerit inuentus, etiam contra absentem p̄mere con- demnationem non cesseat, que ad effectum perducatur, & pres & facultates fugientis victori satisfiat: siue ipse index ex sua iurisdictione hoc facere potest, siue per relationem ad maiorem iudicem referatur, & ex eo legitima via contraires res contu- macis aperitur: nulla licentia ei vel alii personam eius solam prætendenti concedenda, contradicendi, cum in possessionem huiusmodi ex causa actor mittitur, nec si reuersus ipse fuerit, & voluerit fideliūs dare, & possessionem recuperare, audia- tur, in huiusmodi etenim casibus omnem ei contradictionem excludimus. At nunc vbiq; gentium multo dilatius vi- uunt lites. Itaq; communī consensu toti iudices con- stituchiū sunt, vt omnes vtererē semel absoluantur, & nouæ cito decidantur, nunc enim multi litigant, quia litem superstitem reliqueros s̄perant.

§. 20. Summa est, vt iudicatarum rerū examen in- iudicia ex- stituantur, olim vſitatum fuit, discussores dicebantur: amanda

Illi sunt:

Illi pene nimiam potestatem habuerunt, & maximam peccandi licentiam. Mittebantur in prouincias, vt quocunque titulo res ad fiscum pertinentes exigerent, tractarent, rationes conficerent. Ius quidem est, vt *Quotiens cap. 10. r. 30.* in disceptatione *confiterit inique disputationem fuisse confectam, & fidem facti non poterit approbare discipulus: ipse in eodem titulo, & in eodem modo ad solendum protinus virgatur, in quo alterum perperam fecerit debitorem.* Dat. Prid. Id. Martii Valentianio N. B. P. & Victore Conf. Sed tamen lege 4. eodem titulo, securitatem omnibus dare potest; Nemo fiat discipulus aliter, quam ex iustitione Principis specialiter discipulorum faciente mentionem, non prefectorum iussu, non ex precepto alterius cuiusquam iudicis, non ciuilium operum vel pecuniarum frumenta comparanda destinatarum, vel portuum, vel eorum que impenduntur in aqua ductus murorum ue constructionem, vel ad vias sternendas, vel ad pontium & aggerum instructionem, sed neq; pecuniarum ad lauacra destinatarum, vel alio quocunq; modo ad ciuilium rationem pertinentium. At Princeps siue ex erario pecunias miserit ad manum vel alterius operis constructionem, siue ab alio reliquit ciuitatibus pecunias inuenierit, semel vel etiam sepius, cum ei federit animo, mittat discipulorum, qui opus admetiatur, & rationes putes exacte, & ad seruferat; vt si certe sumptu faci sunt iis, qui fecerunt sacra securitas conficiatur, quae freti nullam ii postea, vel heredes eorum, aut honorum possessores quatenus patiuntur. Valeat & ab discipulo post rationem disputationem emissa securitas, nec sacra apacha, nec alia qualibet cautione indigens. Discipulori itaque plena fides habetur, quo circ a nullo praeside, sed a solo Imperatore poterit legari.

*Insignia iu-*

*dicum.*

*§. 21.* Iudicium seu vt in Graeco Imperio vocati sunt τὰν δικαιοδοτῶν insigne erat δικαιώματος, virga argentea inaurata, aut etiam ξύλον λεῖον, lignum laue & politum. Verus consuetudo, vt non modo στρατιώται essent, βασιλεῖς, sed etiam δικαστοί, iudices, itaque & centumviri positā hastā judicia exercebant.

## CAPUT XXIII.

### Aliarum Rerum publicarum iudicia, Tribunalia.

*Camera in*  
*dicium unde originē*  
*habeat.*

*§. 1.* Imperij Romani non locus modo, sed leges etiam pleraq; mutatae sunt, vt plurimum in melius, alia enim veterum tempora alias leges requirunt, vt supra dictum de legibus. Anno Christi 1495. W ormatiae constitutum est iudicium Cameræ Augusta, quæ vice sacræ judicaret, ita habet constitutio. Primo iudicium Cameræ intrinserit judice summo, qui Princeps sit Ecclesiasticus, vel Sæcularis, vel Comes, vel Baro. His adjungendi sedecim judices, qui postea etiam Assessores dicuntur, eligendi illi ex natione Germanica, ex ipso Imperio, dimidia pars eorum docta, & Academicis honoribus ornata, dimidia ex Nobilitate sit, moribus integris honestisque, scientia prædicti omnes. Eorum iudicio omnes causa committuntur, si paria sint suffragia, supremi iudicis sententia prærogatiua habet. Si abesse iudicem contigerit, suo loco Comitem, vel Baronem, ex iudicibus ex confusu exteriorum constituer.

In locum Assessorum noui diliguntur in Principum conuentu. In locum iudicis a Cæsare datur Successor, atque ad proxima Comitia, si longius absit Cæsar, ipsi judices ex sece aliquem constituunt, qui vices teneat, donec in publico conuentu aliquis constitutatur.

*Restitutum* Verum aliquamdiu tribunal illud cessauit. Nam *Anno 1500.* iterum restitutum est, & decretum, vt

Nurnbergæ haberetur. Hoc etiam decretum, vt Comiti Bernardo ab Eberstein, alias Comes aut Baro adjungeretur, vt esset, qui in causis Principum absente vel ægro judice præesse posset. Simul statutum, vt octo Assessores & judicis sententia rata sit. *Quin & illud prudenter ad suspicione uitandas adjunctum, ne Assessores domi sue procuratorem, oratorem, sollicitatorem habeant, neque in horum coniunctu illius Assessorum sit.*

Ne vero in electione esse querela posset, Anno 1507. Cæsar duos, sex electores singulos, Circulifex constituerunt octo Assessores, ita Comitijs Constantiisibus decretum, in quibus etiam noui electi sunt Assessores.

His Carolus Quintus Anno 1521. W ormatiae addidit duos, vt iam octodecim essent Assessores. Simul etiam visitationem singulis annis constituit. *Alia Anno 1523.* addita sunt. Deinde Anno 1527. abusus sublati. Reformatio Anno 1532. confirmata, & emendata, ordo visitationis constitutus. Simul institutum, vt sententia latæ examinarentur, & judices iudicentur. Visitatio vero notissima fuit Anno 1533, in qua multi abusus emendati, multa egregie constituta sunt; Annis deinde sequentibus ob religiōnum discordias plura incommoda exorta sunt, de quibus Anno 1544. actum est, sed disidentibus ordinibus iterum Annum 1546. ea res tenuit. Anno vero 1551. decem extraordinarios Assessores ad veteres lites terminandas lege additos, qui biennio, aut etiam triennio, si litium multitudo id requireret, iudicarent, in aliud biennium confirmarunt. *Anno 1557.* iterum extraordinarii sedecim constituti sunt Assessores. Anno 1566. multa grauamina sublati, ob causarum vero multitudinem eodem anno viginti quatuor Assessorum ordinariis adiunguntur alii octodecim ordinarii, vt in vniuersi quadraginta duo furentur. Anno 1570. iterum sex noui additi sunt Assessores, idque in sexennio, Cæsar etiam Comitem vel Baronem alium addendum censuit, vt tum fuerint 48. Assessores non annumerato Comite.

Nec minor in rebus, & modo procedendi facta est in eo tribunali mutatio, singulis enim Comitiis, & visitationibus ab experientia longa, visuque iam eis res deuenit, vt addi nihil posse videatur, nisi quod verutissimum litium multitudi indecisio maneat, & iudicaturum exercitio potentiā partium impeditur. Contra que in commoda præclaræ multa sunt Anno 1600. constituta. Arque hæc de Magistratu judiciali, qui est in Germania, vt in sententiis editis Augusti nomine & sigillo. Quod si quipiam etiam Aduocatorum, Procuratorum, aliorumque officia, ordinem, legesque considereret, necessario fatebitur in nullo vnuquam regno tam perfectam iudiciorum rationem fuisse. Sed vt dixi iudicorum exercitio suspenditur in potentibus.

*§. 2.* Neque tamen hæc forma Iudicij imperialis, Assessorumque sine prisco exemplo, Imo ne quidem Græcis defuit. Aristoteles libro 2. Politicor. λαμπεῖν τὸν ταῦτα πατέρας τὸν ἀρχεῖον, καὶ πολέμους Χρόνον ἐκάλεσεν τὸν βασιλεῖαν. Capiunt & Assessores tam Archon, quam Polemarchus duos vterq; quos volunt. Getarum gens Barbarorum extrema, Regi suo Consiliarium Assessoremque indicandi adiungebant, quem ob dignitatem διόνυσον appellare confuerant, vt Strabo testatur. Dio in Augusto vocat eos συνέδριον consessores. Τὰ μὲν ἀλλα αὐτές μὲν τὸν συνέδριον διερχόντα, καὶ ἐδίνατον εν τῷ παλαιτίῳ θρόνῳ Κύματος περιβαλλόμενον. Alia ipse cum Confessoribus disceptabat, & in Palatio pro tribunali sedens indicabat. Tiburieris iudicantibus adiungere se solitus erat Consiliarium, assidebatq; mistim, vel ex aduerso, primori, Hinc